



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Literæ Cardinalis Augustani.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Principio anni quinti & sexagesimi Iacobus 1565.
 ipse Lainius secundus Societatis nostræ generalis
 Præpositus mortalitatis cursum absoluit Romæ.
 Ea causa in urbem cùm vocaretur à Patribus de
 more Canisius, ad nouum creandum Genera-
 lem, Cardinalis Augustanus id simul cognouit,
 non modò coram, sed & libello explicatis, tradi-
 tisque rationibus etiam, atque etiam instituit, vt
 profectionem eam excusaret, quod sine graui re-
 ligionis detimento Germaniam deserere eo re-
 rum articulo nequaquam posset. Decesserat pau-
 lò antè Ferdinandus Cæsar, successeratque in Im-
 perio Maximilianus: qui tametsi præclara dede-
 rat documenta pietatis, & in religionis catholice
 conseruationem solennibus verbis iurauerat, ta-
 men excessu Ferdinandi ingens damnum factū
 sapientes opinabantur: & Augustæ Imperij con-
 cilium admodum periculosem imminentem. Eam
 ob rem tanto Cardinalis opere ut Canisium reti-
 neret admitebatur. Sed nescius ille ullam vitæ suæ
 nisi obedientiam, se qui normam, ad rationes eas, *Obedientias.*
 atque obtestationes omnes, uno hoc verbo re-
 spondit, quod Deus per Præfides meos decretit, id
 faciam. Tum Cardinalis ad Franciscum Borgiam *Littere Cardin-
 alis Augus-
 tianæ.*

societatis generalem Vicarium literas h[ab]e[re] dedit
de Canisio.

Pater Canisius significauit mihi in urbem se[us]e
vocari ad novi Prepositi creationē, quod quā
quam prudenter factum aquum est interpretari
visum tamen est mihi Paternitati tua exponere
quis apud nos rerum sit status. Catholici Principi
paucos apud se Theologos habent, qui cum integra
doctrina spiritum rectum, ac feruens studium ri-

Quam necessaria Germania Canisij praesentia.
gionis coniunctum habeant: ita ut cum graues si-
cidunt casus idonei, ac parati sint ad ipsos. Primo
pes confirmandos, & que ex usu, & dignitate E-
clesiae sanctae sint, liberè eis suggesterenda: quod quidem
egregie à Patre Canisio prestari notum est satu-
lii multis Proceribus plane comperi quanto ardo-
re, quanta & caritate, & Christiana sapientiam
gotiatus semper sit sua talenta, præsertim in Comi-
tiis, & conventibus Imperij. Quod si quando eiu-
s opera opportuna fuit, ut semper fuit, facile est in-
telligere in cōventu, qui proximè est habendus ma-
xime & opportunam, & necessariam fore. Quippe
non Protestantes modo, sed etiam Catholicorum
quidam comparant se se, cumq[ue] ipsis Protestantis

